

Atque ita rescripsit servarique mandavit. n. 4924 ad 4 die 22. Maji 1841.

l) Genuflexio.

Vd. *Benedictio Episcopi; Diaconi assist.* (stant vel genufl.); *Venite ador. etc.; Genufl. cor. Episc. et ante alt.; Episcopus* (access. ad Eccles., genufl.).

Dignitates et Canonici assistentes inservientes non tenentur genuflexi ministrare. n. 973 die 15. Dec. 1632.

Ad dubium: an Praepositus et Decanus Cathedralis Herbipol. thurificando Episcopum teneantur genuflectere? S. C. resp.: Servandum esse Caer. Episc. (negative l. I. c. IX. n. 1 ad fin. et n. 5). n. 3500 ad 3 die 22. Novbr. 1698.

Canonici pro Diacono et Subdiacono assistentes debere genuflectere, dum Archiepiscopus actu Sacramento benedicit. n. 4099 die 28. Nov. 1739.

m) Habitus.

I. In administrandis Sacramentis.

Vd. *Canonici* (Administ. SSrum.); *Canonici* (Insignia et habitus etc.)

II. In associatione Episcopi.

Ad relationem Capituli Altemurae, Nullius Baren., quod eorum Ordinarius compellit Canonicos sub censuris ire processionaliter *detecto capite* ad capiendum illum ante ejus antecameram toties, quoties vult celebrare vel assistere? S. C. resp.: *Non teneri.* n. 2609 die 3. Dec. 1672.

Episcopum venientem cum *cappa* semper excipi debere a Canonicis in habitu *canonicali* in aula suae habitationis. . . n. 945 ad 1 die 6. Decbr. 1631; n. 715 die 20. Nov. 1627.

A Canonicis cum habitu *canonicali* non esse excipiendum Episcopum, nisi sit *cappa* indutus. n. 1548 ad 2 die 13. Jan. 1646; n. 178 die 14. Dec. 1602; n. 1540 ad 2 die 16. Septbr. 1645.

Canonicos associaturos Episcopum ad Ecclesiam ab Episcopo... debere esse indutos insigniis et vestibus canonicalibus, ac contrariam consuetudinem esse abusum. n. 1973 die 29. Mart. 1653.

Canonicos associantes Episcopum ad Ecclesiam ab Episcopo distantem citra sexaginta passus debere esse indutos Insigniis et vestibus canonicalibus ac contrariam consuetudinem revocandam fore et esse abusum. n. 1973 die 29. Martii 1659.

III. In Choro.

Canonicos caeterosque divinis Officiis in choro assistentes, decenti habitu talari nec non superpelliceo ac bireto indutos esse debere et contrarium abusum omnino abrogandum. n. 3199 ad 2 die 30. Julii 1689.

Vd. *Chorus* (habitus); *Chorus* (absentia etc. decr. n. 602); *Canonici* (Insignia et habitus etc.)

IV. In Funeribus.

Vd. *Sepultura* (oblig. Canon. etc.)

In associatione cadaverum sepeliendorum in Ecclesiis quorumcunque Regularium licet Canonicis Cathedr. invitatis Ecclesiam Regularium ingredi cum *cappa* et *rochetto*. n. 3407 ad 1 die 22. Dec. 1696.

n) Honorarii.

Vd. *Canonici supranumerarii.*

RME. D. UTI FRATER.

SSmus. D. N. Pius Papa IX. preces Amplitudinis Tuae ad hanc S. R. C. de more remisit, ut de jure super expositis decerneretur. Expositum vero fuit: in Gallia Episcopos nonnullis Sacerdotibus optime meritis indulgere facultatem gestandi eadem insignia, quibus Canonici Cathedralium decorantur, eosque Canonicos Honorarios decernere. Hi autem Sacerdotes, etsi Praebendam non consequantur nec

Actis Capitularibus interveniant, justamen habent personaliter Choro interessendi quoties illis arriserit, et sedendi post Canonicos Titulares. Post haec Amplitudo Tua ex postulabat, utrum nec ne sola voluntas Episcopi satis esset ad interdicenda praelaudata Insignia, quando gravis ratio adesset iudicio ipsius relinquenda, an potius quaestio ad Forum esset trahenda? S. eadem C. ad Quirinales Aedes subscripta die coadunata Ordinariis in Comitibus, audita super expositis plena relatione a Secretario facta, maturo ac diligenti examine adhibito, satius duxit rescribere: „Scribatur particulariter Episcopo juxta Mentem,“ quam quaestionem de jure dirimere. Quamvis enim, et haec fuit S. C. Mens, nulli dubium sit, atque in ipso jure fundatum Episcopos ex se indignos posse ab honoribus, quos contulerint, repellere; quum tamen expoliatio hujusmodi quasi mortem civilem importet, et quamdam infamiae notam Sacerdoti inurat cum non minori certe Populi scandalo, propterea Amplitudo Tua curet ad haec non devenire, nisi quando Sacerdotis indigna conversatio exigat, ut contra illam de more procedere necesse sit ad majora scandala praevenienda. Hanc S. C. Mentem dum Amplitudini Tuae communico, diurnam ex animo exopto felicitatem. n. 5109.

Romae 11. Sept. 1847.

Rmo. D. uti Fr. Ep. Valentinen.

o) Incensatio.

I. Ductus.

Vd. *Incensatio Cleri* (decr. n. 3551); *Diaconi assist.*; *Assistens*; *Vicarius gener.* (incensatio n. 4774).

In Vesperis et Missis Canonici et Dignitates *duplici* ictu thuribuli thurificentur. n. 479 die 11. Dec. 1613; n. 518 die 30. Jan. 1616.

Canonici *duplici* ductu thurificandi sunt. n. 518 die 30. Jan. 1616.

Canonicos tam praesente quam absente Archiepiscopo *duplici* ductu thurificandos esse. n. 923 ad 9 die 5. Julii 1631.

Etiam Canonici, qui proprio loco et in suo stallo non manet, thurificandus est. n. 2082 ad 11 die 20. Nov. 1660.

Idem respondit S. C. n. 2083 ad 11 die 18. Decbr. 1660 cum appendice: Dummodo non extra numerum stallorum canonicalium.

Servandum esse Caeremoniale super thurificatione et modo thurificandi Dignitates et Canonicos Cathedralis Sarni, non obstante contraria introductione thurificandi Dignitates *triplici* ductu. n. 2326 die 20. Junii 1665; n. 3121 ad 4 die 20. Julii 1686; n. 4108 ad 8 die 21. Jan. 1741.

Praeposito non Officianti non deberi trinam thurificationem. n. 3508 ad 4 die 21. Mart. 1699.

Praeposito Cathedralis Anagninae non debetur thurificatio *triplici* ductu absente Episcopo. n. 4040 ad 1 die 21. Apr. 1736.

II. Series.

Ratione paramentorum Canonici *parati* thurificentur ante Vicarium. num. 374 ad 2 die 15. Mart. 1608; n. 2237 ad 2 die 4. Aug. 1663; n. 2599 die 3. Sept. 1672.

Magistratum ante Canonicos thurificari debere, quando Canonici *uti singuli* in aliqua Ecclesia assistant. n. 997 die 6. Mart. 1634.

Canonicis *uti singulis* sine habitu canonicali in Ecclesiis extra Cathedralium assistentibus nullam deberi thurificationem. n. 1020 die 21. Jul. 1635; n. 1682 die 9. Aug. 1653; n. 2925 ad 5 die 31. Aug. 1680.

Thurificationem incipiendam esse a parte digniore, ea vero ordine successivo absoluta, continuandam esse ab altera parte, facto initio a digniore

illius partis. n. 1477 die 26. Sept. 1643; n. 2377 die 26. Junii 1666.

Tam Dignitates quam Canonicos a latere digniori chori sedentes prius thurificandos esse quam Dignitates et Canonicos, qui sedent a latere chori minus digno. num. 1597 ad 1 die 5. Sept. 1648.

Thurificentur omnes Canonici etiam Supranumerarii, hebdomadarii nuncupati, eodem tempore ab una parte chori, antequam thurificentur ex altera. n. 2557 die 12. Sept. 1671. Hoc decretum confirmatum est die 21. Nov. 1671; n. 2618 die 4. Mart. 1673.

Si Dignitates sunt distributae in utraque parte chori, primo loco thurificari debent Dignitates et immediate Canonici existentes in parte dextera chori a cornu Evangelii et postea Dignitates et Canonici existentes in altera parte chori a cornu Epistolae juxta Caeremon. roman. num. 2643 die 17. Junii 1673.

Ad dubium: an Canonici in Ecclesia PP. Minorum Montis Brandeni Dioec. Ripanae thurificari debeant ante omnes alios Religiosos paratos? S. C. resp.: Servetur Caerem. n. 4061 ad 2 die 3. Aug. 1737.

Thurificandas esse Dignitates et Canonicos Collegiatae Altamurae ex parte Hebdomadae, et deinde Dignitates et Canonicos stantes in altera parte. n. 2944 ad 1 die 1. Mart. 1681.

Thurificationem faciendam toti ordini a latere dextero et deinde toti a latere sinistro. n. 3121 ad 3 die 20. Julii 1686.

Ad dubium: an deficientibus duabus Dignitatibus primis sedentibus a latere dextero, thurificatio inchoari debeat ab alio latere, in qua sedent duae Dignitates secundae? S. C. resp.: Incipiendum esse a latere, ubi adsunt Dignitates. num. 3275 die 17. Maji 1692.

CAVEN.

Quum hodiernus Primicerius Eccl. Cathedr. Caven. pro opportuna solutione sequens proposuerit Dubium S. R. Congregationi: An celebrante vel assistente Ep. Vesperis et Missae solemnium post incensationem ipsius, et Canonice assistentium, aliorum in Dignitate constitutorum, si forte adsint, incensatio prosequenda sit a parte Throni, vel incipienda a Dignitatibus, veluti innuere videtur Episcoporum Caeremoniale, iisque deficientibus, a Canonice antiquioribus? Haec ad Vaticanum subsignata die coadunata ad relationem infrascripti Secretarii rescribendum censuit: „Servetur ordo in Caeremoniali Episcoporum in incensatione praescriptus.“

Atque ita rescripsit, et declaravit. n. 5147 die 7. Sept. 1850.

III. Incensantur stantes.

Canonicos debere stare durante eorum incensatione; caeteros vero a principio usque ad finem. n. 2082 ad 8 die 20. Nov. 1660; n. 2083 ad 8 die 18. Dec. 1660; n. 2944 ad 1 die 1. Mart. 1681.

IV. In Vesperis.

Incensationem Canonice in Vesperis fieri debere per aliquem ex Beneficiatis assistentibus Pluviali indutis. n. 923 ad 2 die 5. Julii 1631.

p) Insig. et habitus.

I. Extra Ecclesiam Cath. et Dioecesisim.

Vd. *Cappa Canonice Cath.* (decr. n. 4536 et 4537); *Vicarius gener.* (habit.; decr. n. 4961); *Synodus*; *Canonice* (habitus); *Concio.*

Extra Dioecesisim non licet Canonice uti insignibus canonicalibus, si fuerit ibi invitatus ad aliquas functiones Ecclesiasticas, puta ad Concionem, Matrimonia assistendum etc. n. 2861 die 12. Mart. 1678.

Canonice Cathedral. habentes usum cappae et rocchetti tam in eorum quam in quibuslibet aliis Ecclesiis in functionibus et divinis Officiis, supplicarunt, se illis uti posse etiam in aliis Ecclesiis, dum conciones habent, vel ab eis Poenitentiae aut Baptismatis sacramenta ministrantur et in aliis similibus functionibus? S. C. resp.: id eis non licere nisi in propria Ecclesia. n. 1626 die 15. Julii 1651.

Canonice Cathedr. Policastren. existentes in locis Dioecesis uti singuli, non possunt assumere habitum canonicalem. n. 3892 ad 1 die 12. Sept. 1716.

Canonice Cathedr. Aliphanae in Convisitatores adhibiti possunt gestare signum Canonice in Collegiata et aliis Ecclesiis sitis inter fines ejusdem et debetur praecedentia Canonice Cathedralis. num. 4138 ad 5 et 6 die 19. Jan. 1743.

PISANA.

Metropolitanae Ecclesiae Pisanum Canonice, qui semper honestate vitae, zelo Domus Dei, Religionis honore, sana doctrina, ac nobilitate generis, ex S. hujus Apostolicae Sedis indulto usque ab anno 1672 raro utuntur privilegio in Ecclesiasticis Functionibus et Choro induendi Vestem, Mozzettam et Cappam rubri coloris, quod Decreto lato pridie Id. Julii Anno 1790 ab s. m. Pio Papa VI. iterum instauratum fuit quoad Vestem ob desuetudinem jam ab illis dimissam. Verum quum peculiaris haec honorificentia suis coarctetur limitibus, intra nimirum propriam Ecclesiam, caeterasque, quae utpote eidem unitae ab ea dependent, propterea Rmus. Pisanus Archiep. ut aliquod suae benevolentiae, et existimationis testimonium erga Capitulum ostendat, S. R. C. enixe rogavit, ut Canonice Primatialis et Metropolitanae Pisanum liceat eodem uti privilegio

quotiescumque aliqua in Ecclesia intra tamen eandem Dioecesis solummodo Sacram. peragunt Functionem. Et S. eadem C. ad Quirinales Aedes subscripta die Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem infrascripti Secretarii, omnibus rite consideratis, de speciali gratia benigne annuit juxta Archiepiscopi Oratoris preces: dummodo tamen strictim servetur Clausula recensiti Decreti s. m. Pii Papae VI. nimirum. quod Vestis talaris sit ad formam in omnibus juxta reliquos de Clero, scilicet sine cauda. n. 4902 die 12. Sept. 1840.

Ad dubium: an vi assertae consuetudinis possit unusquisque Canonice singillatim uti cappa et mozzetta tum extra Metropolitanam tum etiam extra Dioecesisim? S. C. resp.: *Negative* et detur decr. n. 4537 ad 2 die 31. Maji 1817, quod est; Dignitatibus vero et Canonice, etiamsi gaudeant Indulto deferendi cappam et rochetum tam in propria quam in alienis Ecclesiis; hujusmodi tamen aliorumque Canonicalium Insignium Usus extra propriam Ecclesiam licitum esse dumtaxat, quando *capitulariter* incedunt vel assistunt, et peragunt s. functiones; non autem, si intersint *uti singuli*, nisi speciale privilegium, nedum Collegium comprehendat, verum etiam singulariter et distincte ad personas extendatur. die 16. Apr. 1861.

II. Mutatio.

Vd. *Superpelliceum*; *Rocchetum*; *Sedes Dignit. et Canonice in choro* (decr. n. 809); *Cappa Canonice Colleg.* (Assign. mutat.); *Canonice honorarii.*

Nec moderno Archiepiscopo (Ecclesiae Hydruntinae) neque Praedecessoribus suis licuisse vel licere aliquod signum particulare vel colorem in signis mutare et innovare tam pro Canonice quam pro aliis suae Ecclesiae Presbyteris vel Clericis sine ex-

pressa licentia S. Sedis Apost. et ideo omnia in pristinum esse reducenda, ac si nihil... concessum fuisset. n. 460 die 1. Sept. 1612.

Episcopis minime licere auctoritate sua ordinaria concedere signum Canonice Ecclesiae suae Cathedr. vel alterius Collegiatae suae Dioecesis, seu etiam mutare jam concessum a Sede Apostolica, sed recurrendum esse ad S. C. n. 748 die 12. Julii 1628.

Episcopo non licere, signum, a Dignitatibus et Canonice Cathedr. gestari solitum mutare, cum hoc non nisi ad Summum Pontificem pertineat. n. 882 die 7. Decb. 1630; n. 1762 die 7. Aug. 1655.

Non licuisse neque licere sine expressa Sedis apostolicae licentia, quod Prior et Canonice Collegiatae Balneor. deferant almutium de camellotto vel de lana violaceis. n. 1385 ad 2 die 31. Maii 1642.

Ad instantiam Episcopi Venafrani: Insignia Canonice sunt violacei coloris cum almutia gestata in brachiis; proinde stante orum paupertate concedi posset, ut super humeris eam gestare possent S. C. resp. *nihil.* n. 3306 ad 3 die 14. Mart. 1693.

Dignitatibus et Canonice eorumque Coadjutoribus Capituli Conimbricen. ac etiam Portionariis seu Semicanonicis nuncup., et Tertionariis non licuit neque licet absque Indulto Sedis apost. deferre Insignia Canonice. n. 3734 ad 1 die 12. Sept. 1705.

q) Ministri.

Cf. *Diaconi assist.*; *Assistens*; *Diaconus*; *Missa privata Episcopi*; *Vesperae Dignit.*; *Episcopus assist.*; *Suffraganeus celebrans* (Ministri); *Episcopus Administr.* (Ministri etc.); *Coadjutores Canonice*; *Coena Dom.*

Canonice, fabricae administrationi deputatum, teneri Ecclesiae inservire sicut omnes alii Canonice; et si facere id contempnat, mulctandum esse in

ammissione distributionum. n. 172 ad 6; die 23. Novb. 1602.

Deservire debere Episcopo celebranti personas de Capitulo et nullo modo alios, qui non sunt de eodem Capitulo n. 1019 die 26. Maii 1635.

Per se ipsum obire debere Cantorem uti primam Dignitatem, et nullo modo per Substitutum, non obstante contraria consuetudine. n. 1087 die 24. Julii 1638. n. 1088 ad 2 die 24. Julii 1638.

Dignitates, Canonice vel alia Beneficia in Ecclesia Cath. obtinentes teneri Episcopo solemniter celebranti vel Pontificalia exercenti assistere ac vestibibus sacris sui quisque Ordinis vel Officii munera per se ipsos exercendos inservire..., legitimo vero impedimento detentos, si per se ipsos adimplere praemissa nequiverint, alios respective ejusdem Ordinis et Dignitatis substituere debere, idque per Episcopum opportunis juris remediis exigi posse. n. 1449 die 13. Julii 1643.

In absentia Coadjuti in omnibus functionibus canonicalibus teneri Canonice inservire et ministrare juniori Canonice Coadjutori eo modo, quo tenentur inservire et ministrare Canonice antiquiori Coadjuto. n. 396 die 10. Jan. 1609.

De obligatione serviendi, Vd. *Canonice* (Celebrantes; decr. n. 172 et 305.)

r) Officiator.

Vd.: *Canonice Celebr.*; *Sedes Canon.*; *Paroch. Canonice*; *Officiator*; *Reverentia.*

Canonice, qui facturus est Officium, debere cum paramentis ad chorum accedere. n. 1502 ad 1 et 2 die 14. Maii 1644.

Canonice celebranti vel facienti Officium sacris vestibibus induto deberi praecedentiam etiam supra Dignitates tam in sessione quam in aliis actibus.

n. 1694 die 6. Dec. 1653; n. 2679 die 3. Mart. 1674.

Canonice celebranti, etiam sola cappa canonice induto, in Completorio ac etiam in Triduo hebdom. majoris deberi praecedentiam supra Dignitates Cathedr. n. 2526 die 14. Jan. 1671; n. 2679 die 3. Mart. 1674.

s) Officii recitatio.

Cf. *Chorus.*

Canonice Vercell. officiant in duobus Cathedralibus; et Canonice S. Mariae solent recitare Officium de Sanctis, quorum reliquiae et Capellae sunt in S. Eusebio. S. C. resp.: *Convenientes* tantum in alterutra Ecclesia satisfacere recitando Officium proprium ejusdem Ecclesiae, in qua conveniunt. n. 1441 ad 2 die 14. Mart. 1643.

Canonice, qui sunt ligati Ecclesiae, etiam absentes tenentur recitare Officium juxta ritum Ecclesiarum, quibus sunt ligati. n. 2828 ad 3 die 10. Julii 1677.

t) Ordo incedendi.

Vd. *Episcopus* (accessus ad Eccles.; Ordo incedendi.); *Usus Pontif.* (decr. n. 4696 ad 2.)

Dignitates et Canonice simili indumento suffultos in processionibus binos incedere debere et seniores Canonice, quoties disparitas numeri Canonice id exigat, a sinistris ultimae Dignitatis vel etiam primae, si alia Dignitas non aderit, incedere oportere. n. 1740 die 14. Novb. 1654; n. 3584 die 11. Junii 1701.

Archipresbyter Casalis, prima Dignitas, quando incedit cum cotta, associetur cum aliqua ex aliis Dignitatibus; quibus non existentibus cum Decano Canonice, et si numerus sit dispar, idem incedat in medio duorum digniorum et eundem ordinem *voluit* (S. C.) servari debere in defectum Archipresbyteri, nimirum, quod dignior de Capitulo incedat associatus ut supra. n. 2760 die 23. Novb. 1675.

Canonice Collegiatarum unitarum Bisagliae exponentibus, quod in dictis Collegiatis exstant duo Dignitates cum titulo Abbatum, quae in processionibus uniuntur simul, et propterea suppli- cantibus, an in absentia unius ex praedictis, altera debeat se associare cum ultimo Canonice? S. C. resp.: *Affirmative.* n. 2950 die 7. Junii 1687.

Ad dubium: an Episcopus possit, quando deferuntur s. Imagines in publicis processionibus, cogere Capitulum anteire dictis Imaginibus, cum habeant consuetudinem ab exordio Ecclesiae (Cathed. Urban.), quod praecedant dictae Imagines? S. C. resp.: *Servandam esse consuetudinem, dummodo Episcopus cum Pluviali et Mitra non incedat.* n. 3255 die 24. Novb. 1691.

Dum III. Kal. Mart. hoc ipso vertente anno in Ordinariis S. R. Comitibus expendebantur preces Sacerdotis Aloysii Balatti Decani, ac primae Dignitatis Capituli Metrop. Sen. Eccl., quibus exquirebat, num ipse qui ex Apost. Litteris erectionis Decanatus s. m. Julii Papae II datis Kal. Nov. 1510 peculiarem Vestem gestat, nimirum Cappam, seu Capputium more Praelatorum, solus dum Processionibus interest incedere debeat post Capitulum ac alias Dignitates, placuit Emis., et Rmis., P. S. tuendis Ritibus praepositis nil in re definire quin prius exquireretur Rmi. Sen. Archiep. dilucida Informatio cum Voto praesertim super consuetudine praecedentium Dignitatum. Mentem itaque S. C., qua praestat diligentia, ac religione exequens Sen. Archiep. pastoralis sui muneris esse duxit ingenue enunciare memoratum Decretum suae Metropolitanae ad Dubii tantum solutionem preces suas proposuisse ac deinceps S. C. certior reddere, consuetudinem semper ibi viguisse ut Decanus sequenti ordine incedat in quibuscumque Suppli-

cationibus. Si binae Dignitates (quae praeter Decanum numero quinque in Metropolitana ipsa existunt) vel duo ex antiquioribus Canonicis ob Dignitatum absentiam, postremae sunt, medius inter eas procedit Decanus, si una Dignitas, vel unus antiquior Canonicus supersit, hic sinistram, Decanus vero dexteram tenet. His expositis Votum etiam suum prodere quum ipse Rmus. Archiep. adigeretur, minus congruum ac decens evasurus opinatur, quod solus in Processionibus Decanus incedat contra immemorabilem consuetudinem, quae haud perperam introducta censi debet. Insuper adnotare operae pretium ducit, quod aliquoties Archiep. Processionibus interest post Canonicos s. Paramentis indutos, vel si breviores intra Eccl. Processiones fiant, post ipsos chorales Vestes gestantes, ac in ulrisque solus semper incedit. Jam vero si in hujusmodi Processionibus postremae lineae trium Dignitatum solus, et absque comite Decanus succedat, et post hunc solus Archiep., absque dubio admirationi non exiguae locus pateret, neque amplius haberetur praeeminentia illa, quae ex jure Episcopis tribuenda est. Tam dilucidam ac numeris omnibus absolutam rerum expositionem, cum enunciatis Decani precibus iterato fideliter referente in novo Ordinario Coetu S. R. ad Quirinales Aedes subsignata die coadunato Secretario subscripto Emi., et Rmi. P. S. Ritibus praepositi in voto fuere: „Negative, attentam praesertim consuetudine juxta Informationem et Votum Archiepiscopi.“

Atque ita rescribere, ac servandum mandarunt. n. 5108 die 11. Sept. 1847.

u) Paramenta et locus induendi.

Vd. *Diaconi ass.* (quae param.); *Paramenta* (quando pretios. utenda) *Supplectilis*.

Dignitatibus et Canonicis Cathedr.

Recineti convenit distinctio tam quoad qualitatem paramentorum, tam quoad locum se parandi pro missis privatis respectu Altaristarum aliorumque sacerdotum eidem Ecclesiae addictorum. n. 3740 ad 1 die 20. Mart. 1706.

Ad dubium: an Canonici Sacrum facientes tam diebus festis quam feriabilibus, uti valeant iisdem vestibus et s. ornamentis, quibus Dignitates utuntur, sive potius eidem Dignitatibus debeantur pretiosiora? S. C. resp.: Affirmative ad primam, negative ad secundam partem Dubii, habita tamen ratione festorum majoris vel minoris solemnitatis. n. 4064 ad 9 die 31. Aug. 1737.

v) Praecedentia.

I. Inter sese.

Vd. *Episcopus titul.* (Habitus etc.); *Turnus*; *Canonici* (Ordo incedendi); *Processio Canon.* (Officiat.); *Processio funebr.*; *Dignitas* (praem.) *Canonici supernum*; *Vicarius gener.* et *foraneus*.

Canonicos juxta receptionis suae tempus locum in choro habere oportet. n. 61 die 3. Aug. 1593. n. 1687 die 22 Novb. 1653.

Inter omnes Canonicos, etiamsi in duabus Ecclesiis unius Civitatis resident, ordinis et receptionis rationem esse servandam. n. 1491 die 5. Mart. 1644.

Ad dubium: an Canonicus Tirletti in assumptione Canonicatus posterior, in presbyteratus vero ordine anterior, locum digniorem cedere debeat Canonico antea inter Canonicos cooptato, licet in ordine presbyteratus posteriori? S. C. resp.: Affirmative. n. 4420 die 30. Apr. 1705.

Praecedentiam competere Canonicis prius receptis. n. 578 die 18. Decb. 1619.

Canonicus Doctor, ultimo receptus non debet praeferrari in sedendo, votando et similibus Canonico non Doc-

tori primo recepto. n. 122 ad 1 die 8. Maji 1597.

Vanam et inanem esse praetensionem novi Canonici Doctoris, cum longe dignior sit ordo presbyteratus quam gradus Doctoratus; et ideo illum in loco suae admissionis ad Canonicatum et non supra alios sedere et incedere debere. n. 221 die 29. Nov. 1603. — Canonicus Ferrus ad locum suae admissionis redeat. n. 226 die 10. Jan. 1604.

Canonicum non Sacerdotem, licet prius admissum, cedere debere digniorem locum Canonico Sacerdoti postea admissio et post susceptum *Sacerdotium retinere debere eundem locum, in quo reperiebatur ante susceptum Sacerdotium*. n. 993 die 19. Novb. 1633. n. 4002 ad 2 die 30. Julii 1731; n. 4052 ad 2 die 15. Sept. 1736; n. 4067 die 31. Aug. 1737.

Canonico Presbytero post assumptum Sacerdotium est danda eadem praecedentia. n. 4459 ad 2 die 18. Febr. 1794.

Illum Canonicum debere praecedere, qui prius tamquam presbyter praecedentiam habuit, licet Canonici Diaconi postea facti sint presbyteri, quia attenditur prioritas Ordinis et non Canonicatus. n. 159 die 3. Aug. 1602; n. 1218 die 31. Mart. 1640; n. 4459 ad 1 die 18. Febr. 1794.

Ordinem in omnibus maxime in Ecclesia servandum esse, ut qui digniores ordine sunt, minus dignis praeferrantur; et ideo Canonicos presbyteros Diaconis et Diaconos Subdiaconis praeferrandos esse, etiamsi presbyteri Canonicatum post Diaconos et Diaconi post Subdiaconos obtinuerint. n. 214 die 6. Sept. 1603; n. 2001 die 27. Sept. 1659; n. 3376 die 17. Decb. 1695.

Habentes Praebendas Presbyterales, licet posteriores in possessione, praeferrari debent habentibus Praebendas

diaconales, licet anterioribus in optione. n. 944 ad 2 die 6. Decb. 1631. — Obtinentes Praebendas presbyterales, licet noviter erectas, praecedentiam habere debere supra Obtinentes praebendas diaconalem et subdiaconalem, licet antea erectas, et Obtinentes praebendas diaconalem et subdiaconalem teneri subire eadem onera, ad quae tenebantur, antequam erigerentur praebendae presbyterales. n. 1056 die 12. Junii 1638. — Ordinem Ecclesiasticum Hierarchiae servandum esse, ut primum et digniorem locum obtineant Canonici presbyteri, 2. Diaconi, 3. Subdiaconi, licet Diaconi et Subdiaconi ante Canonicos Presbyteros sui Canonicatus possessionem acceperint, non obstante contraria consuetudine. n. 1195 die 14. Jan. 1640; n. 3281 ad 3 die 14. Junii 1692. — Canonicum retinere debere locum possessionis novae praebendae, Subdiaconalis nullatenus attentata possessione. n. 1845 die 15. Sept. 1657.

Canonicum sacerdotem praeferrendum esse Canonico Diacono. n. 242 die 19. Junii 1604; n. 1159 die 23. Maii 1639.

Canonicum Auditorem Archiepiscopi in sessionibus et congregationibus cum aliis Canonicis coram Archiepiscopo vel ejus Vicario generali sedere vel stare non super alios Canonicos sed in loco suae promotionis. n. 261 die 29. Jan. 1605.

Placere consuetudinem trium Ecclesiarum Patriarchalium Urbis, in quibus, si aliquis Canonicus habuerit Dignitatem seu ordinem Episcopalem cum retentione Canonicatus, praecedat omnes alios Canonicos, etiam ipso in Canonicatu anteriores et digniores; et ita servandum esse in Ecclesia Ruthen. n. 276 die 24. Sept. 1605.

Digniorem locum obtineant Canonici presbyteri, secundum Diaconi, tertium

Subdiaconi, licet Diaconi vel Subdiaconi ante Canonicos presbyteros Canonatum susceperint, non obstante quacunque in contrarium consuetudine. n. 321 die 17. Junii 1606: n. 2290 die 30. Aug. 1664; n. 3776 ad 1 die 27. Aug. 1707.

Canonicum Beroa, non obstante consuetudine per ipsum allegata, non posse praecedere illos Canonicos, qui Coadjutoria (ipsius Beroa) durante, provisi sunt de Canonatu. n. 730 die 26. Febr. 1628.

Sacerdotem antiquiorem in ordine, non debere praecedere in actibus privatis Canonicum sacerdotem in ordine posteriorem. n. 753 ad 4; die 12. Julii 1628.

Canonicus, qui adeptus est Canonatum pinguiorem in eadem Ecclesia non potest retinere stallum Canonatus jam dimissi. n. 757 die 12. Julii 1628.

Duo Canonici dimisso Canonatu petierunt declarari: an ipsi praecedere debeant eos Canonicos, qui possessionem adepti sunt, postquam ipsi dimiserint Canonatum. S. C. resp.: „non debere praecedere.“ n. 812 die 11. Junii 1629.

Canonicum *Protonotarium* cum habitu *praelatio* nec supra nec inter Canonicos assistere debere, nec lucrari distributiones. n. 823 die 20. Junii 1629.

Canonicum *Vicario* in habitu *canonicali* nullam debere praerogativam; secus autem si assistat in habitu *Protonotarii*. n. 824 die 20. Junii 1629.

Praecedentiam debere Canonicis presbyteris prius assumptis ad Sacerdotium. n. 1170 die 2. Julii 1639.

Canonicus Diaconus vel Subd. anteriorem habens possessionem, promotus postea ad sacerdotium, praecedere non debet Canonicum Sacerdotem ordine sacerdotali anteriorem. n. 3776 ad 2 die 27. Aug. 1707; n. 4002 ad 1 die 30. Julii 1731.

Inter Capitulares cujuscunque Ecclesiae tam in functionibus ecclesiasticis quam actibus quibuscunque capitularibus quod praerogativas et praeminentias attendendum esse tempus captae possessionis et juxta cujus admissionem illos stare, sedere et incedere debere, ipsorumque stallum in choro debere esse communem et uniformem cum aliis Capitularibus ejusdem ordinis, quibuscunque aliis qualitatibus et dignitatibus saecularibus minime attentis. n. 1313 die 23. Mart. 1641.

Canonicus *Clericus antiquior* debet cedere Diaconis et Subdiaconis modernioribus. n. 2854 ad 1 die 22. Jan. 1678.

Canonici *Diaconi et Subdiaconi antiquiores* debent cedere Sacerdoti moderniori. n. 2854 ad 2 die 22. Jan. 1678.

Juniores Canonicos praebendis presbyterales obtinentes, Canonicis diaconali vel subdiaconali praebenda gaudentibus, etiam possessione anterioribus, praefereandos esse. n. 2175 die 3. Junii 1662. n. 2768 die 14. Jan. 1676: n. 4052 ad 1 die 15. Sept. 1736.

Canonicis presbyteris etiam in actibus, quibus eos uti Canonicos, etiamsi talari veste et pallio communi indutos posthac interesse contigerit, a Canonicis Diaconis et Subd. praecedentiam deberi. n. 1717 die 22. Aug. 1654.

Canonici Clerici, ubi Praebendae non sunt distinctae in presbyterales, diacon. et subd., quamvis antiquiores receptione, non sunt praeferendi Canonicis presbyteris, etiam postquam Canonici Clerici fuerint effecti sacerdotes, et tunc nec ipsis competere reintegrationem seu praecedentiam adversus Canonicos sacerdotes posteriores receptione; cum jus semel adeptum ex Sacerdotio nunquam amittatur, non obstante immemor. consuetudine in contrarium, quam abusum

impraescriptibilem declaravit S. C. Et ita servari mandavit etiam in Cathedr. Monopolitana, dummodo tamen praebendae sunt solummodo presbyterales. n. 2714 die 17. Novb. 1674; n. 3197 die 30. Julii 1689.

Intervenientibus Canonicis cum habitu Ordinis sacri, prout in die ss. Corp. Chr. non debetur praecedentia Thesaurario Clerico incedenti cum almutia super cotta. n. 3121 ad 2 die 20. Julii 1686.

Cum Joannes Thomas Barattinius olim Coadjutor quondam Joannis Thomae Salinerii Canonici Ordinis Presbyteralis in Cathedrali Januen. hodie post obitum Coadjuti petierit declarari, sibi debere stallum in Choro in Ordine presbyterali, supra omnes alios Canonicos ejusdem Ordinis provisos de Canonatibus post assecutionem suae Coadjutoriae, vel saltem sibi competere ultimum locum Ordinis Presbyteralis supra omnes alios Canonicos Ordinis Diaconalis, vel Subdiaconalis —

S. R. C. respondit: „attento quod in dicta Cathedrali Ordines, videlicet Presbyteralis, Diaconalis et Subdiaconalis non sint adnexi certo, et determinato Canonatui et Praebendae, sed juxta antianitatem a die, qua quilibet provisos efficitur verus Canonicus ascendere debeat gradatim ab ultimo loco inter Subdiaconos, etiamsi Canonicus defunctus (cujus praebendam, et Canonatum assequitur Coadjutor post obitum) fuerit tempore obitus in ordine Diaconorum, vel Presbyterorum, censuit dicto Joanni Thomae Barattinio competere Stallum ultimum inter Subdiaconos ad die obitus Coadjuti.“ Et ita declaravit, quibuscunque non obstantibus. n. 3261 die 19. Januarii 1692.

Praesente Coadjuto Diacono et per se ipsum inserviente, illius Coadjutor Diaconus debet in choro et functioni-

Decreta authentica.

bus ecclesiasticis stare post omnes Canonicos ejusdem Ordinis Diaconalis et non post Canonicos Subdiaconos. n. 3716 die 4. Apr. 1705.

ISERNIEN.

In Ecclesia olim Cath. Civitatis Venafri Dioecesis Iserniensis. Canonicali Praebenda jamdiu potiebatur Sacerdos Joannes Bapt. Menichetti, qui quum novissime optavit, atque sit consequutus pinguiorem in eadem Ecclesia Praebendam, praeter ibi invecam consuetudinem conformem S. R. C. Decretis antiquum Stallum retinere praesumpsit. Quod aegre ferentes Canonici, eandem S. R. C. supplices adire, et factum Canonici Menichetti reclamantes ingenue testati sunt hanc semper inter eos regulam viguisse, ut Canonicus Praebendam immutans ultimum occuparet Stallum. Quod si aliquando Capitulum indulsit, ut aliquis Canonicus Praebendam immutans antiquum Stallum retineret, id eventum ex peculiaribus circumstantiis, vel quia merita, aut aetas longaeva permutantis id exigebant, vel quia physica incommoda impediabant, quominus permittens Canonicus Pontificalibus deservire posset. Antequam vero S. ipsa C. huic controversiae definiendae manum imponeret, pro Informatione, et Voto Patribus auditis, Rmum. Iserniensis. Ep. requisivit, qui S. C. mandata exequens, capitulariter Canonicos Venafri congregavit, singulosque de sententia requirens, praeter duos, qui Canonici Menichetti sunt consanguinei, omnes reperisse testatur in voto, ut Canonico ipsi Menichetti denegaretur praecedentia, et juxta solitum adigeretur ad ultimum in Choro Stallum occupandum, veluti et ipse Rmus. Antistes exquirat, ne antiqua consuetudo vel in minimo turbetur. Proposita quocirca causa in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum sub-signata die coadunatis, referente